



longi natione a natione  
etologia a line usque  
memoranda unum  
fractura  
unum  
4m

in ebrietate non comprehensibilem

omnino verum quodam  
Gulandt quodam quodam parash antefacit  
alios parashorum in hoc  
Videtur quodam plenitudo

atque



ISAGOGES MVSICÆ  
LIBRI DVO,

Tam Theoricæ quàm Practicæ studiosis inferuire iussi.

Annexo ad finem tractatulo, ex Poëtis  
ca desumpto : paucisq; de canendi elegan-  
tia obseruationibus.

*Methodo facili & perspicua ita conscri-  
pti, ut neq; necessaria artis Præcepta, cum sele-  
tioribus Exemplis omittantur, neq; superuacua  
nea discipulis obtrudantur.*

Autore M. Cyriaco Snegalsio.

Ad Iuuentutem scholasticam οκτάσιχον.

*Non usu tantum, Pubes studiosa, sed arte  
Ut cantes, istos uolue, reuolue libros.  
Bestia, non Cantor, qui non canit arte sed usu:  
Bestia tu dici respuis? arte cane.  
Est artis, credas, artis fundamina nosse,  
Qualia perspicue Pagina nostra dabit.  
Apta tuis studijs Methodus succincta uidetur  
Et facilis: hac nos, te docuisse, iuuat.*

M. D. X C I.





IN ARTEM MV  
SICAM,

*Georgius Fabricius.*

M itigat humanas mentes & Numina fle  
ctit,  
V nica Pieridum M V S I C A dulce  
decus.  
S ollicito curas adimit, dat gaudia tristi:  
I ngenuis non ars aptior ulla iocis.  
C arminibus duri minuuntur sæpè labo  
res,  
A c sine concinnis uox quoque muta  
Modis.





HVMANISSIMIS  
VIRIS, PRVDENTIA, ERVDI-  
tione ac virtute ornatissimis, dd. Cofs. &  
Senatoribus Reipub. Ordruuiianæ, Do-  
minis & amicis suis officiosè  
colendis.

*Salutem in Salvatore nostro*  
CHRISTO IESV,  
*Amen.*



**D**RÆclarè dictum est à  
Lydorum Rege Cræso: AR-  
TES ESSE FONTES  
BONARVM RERV M.  
Quanta enim bona ad uniuersam  
societatem humanam, ex  
liberalibus artibus, tanquam ex sacris & augu-  
stiss. fontibus promanent, id apud omnes sanos est  
in confesso. Vt enim de dicendi artibus, quas Lo-  
gicæ appellatione comprehendimus: de explicati-  
one naturæ, quam Physica profitetur: de Ethica  
sive morum doctrina, qua nulla pars Vitæ, siue  
tecum agas siue cum alijs, carere potest, impræ-  
sentiarum nihil dicam: quantum quæso boni ex  
Mathematicis Disciplinis in humanum genus re-  
dundat?

A ij

dundat ?



## P R Æ F A T I O.

dundat? Quæ enim uita nostra esset sine cogniti-  
one anni, quam Astronomia suppeditat? Quæ pos-  
set esse computatio motuum cælestium, & alia-  
rum rerum plurimarum & maximarum sine A-  
rithmetica? Quis terræ magnitudinem, & reli-  
quorum mundi corporum capacitatem explicare  
posset, sine Geometria? An non igitur à Cræso  
sapienter & uerè pronunciatum est: Artes esse  
fontes bonarum rerum?

Sed dixeris fortasse: Fateor, Cræsi dictum re-  
ctè accommodari ad magnas artes, quarum sum-  
ma est dignitas & excellentia: Verum, utrùm  
eandem laudem ad puerilem artem M V S I C A M  
rectè quis transferat, non abs re dubito. Nullas  
enim res continet: & uidetur potius ad uolupta-  
tem & oblectamentum, quàm ad utilitatem &  
emolumentum inuenta & exculta. Ad hanc ob-  
iectionem, ne quid scrupuli relinquatur, sic re-  
spondeo: Cræsi dictum intelligendum esse de omni-  
bus artibus, quarum aliqua est in uita humana  
utilitas. Talis autem est M V S I C A, diuinitus  
scilicet hominib. propter maximas utilitates mon-  
strata. Neq; adeò puerilis aut nullius momenti  
est, ut imperitum uulgus & Literatorum nonnulli  
somniaut: sed est uerè liberalis ars, in tota ἐγκυ-  
κλοπαιδία, tanquam Sol in Firmamento, præ-  
scellens: iuxta Versiculos.

M V S I C A



## P R Æ F A T I O.

MUSICA nunc dignas, habet & sua præmia, laudes:

Vincit honore, suas precio superatq; Sorores,

Phœbus ut immensi præcellit lumina Cœli

*Ergo dictum illud etiam ad hanc artem rectè applicatur.*

*Porro quænam, inquis, istæ sunt utilitates? Non pigebit eas recensere, si prius, quàm cognata & congrua hæc ipsa ars humanæ naturæ sit, perstrinxero. Usitatè dicitur: Musica tractat numerum sonorum. Verissimum hoc est. Voces enim ac sonos certis numerorum & mensurarum proportionib. moderatur, ut in MONOCHORDO, quale nos quoq; nuper construximus, & in publicum emisimus, luculenter monstratur. Iam numerorum noticiæ mentibus diuinitus impressæ sunt. Nihil enim tam cognatum est mentibus humanis (ut Plato in Timæo scripsit) quàm numeri atq; uoces: quibus & excitamur & incendimur: & lenimur & languescimus: & ad hilaritatem & ad tristitiam sæpè adducimur. Ergo hæc ars, ut maximè à natura oritur, ita egregiè etiam naturæ conuenit. Hinc factum est, ut quidam animam ex Musica harmonia constare affirmârint.*



## P R Æ F A T I O.

Et quidem ipsa suauitas & uis Musices ostendit, hanc artem humanæ naturæ ualde esse affinem & congruentem. Musicis enim harmonijs mirè afficimur omnes. Vel infantes modulationibus deliniti gaudent, rident, citiùs obdormiscunt. Labores etiam ac sudores diurni, cantilenis quasi conditi, faciliùs tolerantur. Quinetiam bruta ac feræ ipsæ Musicis sonis demulcentur, ut de Delphine, Urso, Mulis, Caballis, Ouibus, Auiculis &c. constat.

Si qui uerò à suauis Symphonia prorsus abhorrent, & cum barbaro illo Scythæ, equino hinnitu, quàm Musico concentu magis delectantur, eos monstra potiùs quàm homines, cum ipsi naturæ reclamant, imò truncos & lapides, cum Θεόδοσος Lutherò dixeris. De quibus rectè Stigelius:

Ferreus est durasq; gerit sub pectore cautus,

Quem iuuat haud aliquo Musica blanda sono.

Sed ad utilitates artis procedo.

Primum hoc habet Musica in se latentis Euegyiæ, ut studio, curis & laboribus defatigatos, harmoniæ suauitate exhilaret, reparet ac sibi restituat, tanquam gratissima recreatio defessæ naturæ. Ut enim VINVM, ita & MUSICA, teste



## PRÆFATIO.

teste Siracide, latificat cor hominis. Imò & Spirituales motus exuscitat, & homines ad faciendum officium animat: ut Eliseus, uates ille magnus, Citharæ sono animum & uaticinia componit. Et rectè instructa, sobrieq; ac castè usurpata Symphonia, magno est in Ecclesijs, alijsq; Christianorum congressibus & ornamento & uoluptati.

Deinde in Musica admirabilis quædam uirtus est, ad conciliandos & sedandos uehementiores & subitos affectus. Nam & turbatos ad tranquillitatem, & admodum incensos atq; irritatos ad lenitatem & placabilitatem reuocat: ut de Alexandri Magni Musico quodam, Timotheo, uiro Phrygio, memoriæ proditum est, quòd Imperatorem certis modulis, Phrygijs scilicet, & ad arma inflammârit, & mutata harmonia rursus cohibuerit. Et de Dauide nota est historia, quòd Cithara canens, Spiritum malum à Saule fugârit. Hinc Lutherus in Epistola ad Senfelium Musicum, inter alia sic scribit: Scimus Musicam Demonibus etiam inuisam & intolerabilem esse. Et planè iudico, nec pudet asserere, post Theologiam esse nullam artem, quæ possit Musicæ æquari. Nam ipsa sola post Theologiam id præstat,

A iiij      quod



## P R Æ F A T I O.

quod alioqui sola Theologia præstat, scilicet quietum & animum lætum, &c.

Mitiores etiam & magis compositos mores *MUSICA* efficit, & homines efferos & agrestes ad mansuetudinem & ciuilitatem traducit: id quod Poetæ per Orpheæ & Amphionæ suauibus cantilenis & testudinis sono blando, syluas & saxa mouentes, ferasq; mitiores reddentes, testè expresserunt. Rectè itaq; Plato: πᾶσι δὲ εὖ νομίᾳ διὰ τῆς μουσικῆς εἰσδέχονται.

Multa quoq; salutaria docet harmonia Musica, pijs & utilibus textibus applicata. Eadem namq; dicta firmitus animis insident, magisq; afficiunt pectora, additis concentibus, quam si tantum pronuncientur. Quemadmodum enim poma aurea, in lancea argentea plus gratiæ habent: sic dicta Prophetica & Apostolica Musicis numeris inclusa, ardentius in animos audientium penetrant, & plures aculeos relinquunt. Hinc uetustas cantilenis historias, & multas utilissimas commonefactiones complexa fuit. Et in hunc finem etiam hodie tot Psalmi, tot dicta, tot historiae, biblicæ præsertim, conuenientibus melodijs ornantur, & in Ecclesijs & scholis nostris decantantur. Qua de re eleganter diuus Basiliius in Pro-  
æmio



## PRÆFATIO.

æmio Psalterij in hunc modum differit: Psalmi cum concinna quadam delectatione & uoluptate mentem salutari doctrina & sapientia imbuunt. Cum enim uideret Sp. sanctus, difficulter genus humanum posse ad pietatem et uirtutem flecti, propterea quòd neglecta uiuendi ratione, ad uoluptatem prono feratur impetu, melodie oblectationem doctrinæ præceptis commiscuit, ut unà cum suauitate & dulcedine, rerum bonarum & utilium doctrina animis illaberetur: iuxta Sapientium Medicorum consuetudinem, qui austeriora pharmaca ægrotantibus præbentes, melle oram Calicis illiniunt. Propter hanc igitur causam concinna hæc Psalmorum carmina nobis excogitata sunt, ut, ætate & uirtute inuenes sua quidem opinione canerent, reuera autem animos erudirent &c.

A 7

Præterea



## P R Æ F A T I O.

Præterea pulcherrimum Concordiæ Symbolum, & dilectionis uinculum est *MUSICA*, dum acutorum, mediorum, & grauium sonorum artificiosâ mixturâ dulcissimam harmoniam efficit, & amicitiam inter homines conciliat. Vnde idem *Basilius* sic scribit: Præstantissimum bonû, mutuam uidelicet dilectionem *Psalmodia* præbet, dum concentum ueluti uinculû quoddam ad coniungendos animos adhibet, & in unius chori conuentu totam *Ecclesiam* coagmentat.

Adde quòd & *Sacrosanctæ Trinitatis* Mysterium, per *Musicum concentum*, non aliter ac per singulas apud *Hebræos* Radices designetur. Ut enim in sancta lingua, nulla est *R A D I X* (sive *Thema*, quod tribus suis literis essentialibus diuinæ Triadis uestigia, aspicientibus non referat: ita quælibet *S Y M P H O N I A* (modo plena sit) tribus quibusq; uocibus, in diuersis tamen clauibus (*Octauæ* enim hic non habent locum) constitutis, tres *Diuinitatis* personas suauiter adumbrat. *Trium* enim *Vocum* consonantia, cum plures propriè sic dictas, septem clauium natura non admittat, perfecta iudicatur.

Tantas *MUSICAE* utilitates, si quis diligenti



## P R Æ F A T I O.

gentius expendet, haud mirabitur, hanc artem inde usq; ab initio mundi, inter homines honorabilem & cultam fuisse. Nulla enim Gens usquam tam feris fuit moribus, à qua M V S I C A prorsus exulârit. Quis ignorat (inquit Quintilianus) Musicen tantum, iam illis antiquis temporibus, non studij modò, uerumetiam uenerationis habuisse, ut ydem Musici, & uates & sapientes iudicarentur? Apud Græcos præsertim, in tanto precio habita fuit, ut qui non aliquam ei operam impendisset, prorsus indoctus haberetur, & ἄμωτος appellaretur. Idcirco Pythagorici etiam in tanta uitæ austeritate, tamen tam surgentes quàm cubitum concedentes, Lyra utebantur. Et Socratem uel Senem Musicae operam dedisse percepimus. Procul dubio enim sensit Vir prudentissimus, id apprimè in uita utile esse, ut animi optimo moderamine, quale præstat Musica, ita temperarentur, ut nec in aduersis mœrore deiecti torperent, nec in secundis elati plus æquo insolescerent.

In populo etiam Dei M V S I C A subinde exercita fuit. Suffocato Pharaone in mari rubro, Israëlitæ de miranda ista liberatione Επινίκιον cantunt Domino, non uoce tantum sed etiam Instrumentis: quod quidem omnium canticorum est primum,



## P R Æ F A T I O.

num, quæ in sacris Biblijs descripta leguntur, DAVID regnum adeptus, Cantores & Organa Musica, ad exercitium diuini cultus ordinauit, Psalmosq; ad eum usum conscripsit plurimos. Apostolus cum uini luxuriam prohibet, in Ephesijs quinto, Spiritualem Musicam Christianis commendat, eamq; ad gloriam DEI, & emolumentum Ecclesie accommodare præcipit. Præcipuum enim Musices officium est, præpotentem omniumq; laudandarum rerum Autorem DEVM celebrare, & beneficia eius sonorum suauitate, tam mentibus quam auribus humanis insinuare & quasi infundere. Rectè itaq; & hodie inter nos exercetur & in precio habetur. Si qui uerò malè feriat, tam præstanti, nobili ac dulci arte, quæ cælestis etiam Symphonie, quam in illa Vita olim audituri sumus, imago ac prægustus quidam est, ad nugas & obscenitates abutuntur, leuitatis isti & nequitie illius suæ pœnam, crede mihi, satis grauem olim dabunt. Nos qui ueræ pietati addicti sumus, retrum abusum seriò detestemur; uerum usum & studiosè laudemus & promouere strenuè annitæmur.

Proinde ut & ego ad excolendam artem MUSICAM, quam hoc æuo, Dei beneficio, reflorescere, non sine singulari gaudio uidemus, pro diuinitus concesso mihi modulo, opis quid conferam;



## P R Æ F A T I O.

ram : præter rudimenta pro Tyronibus antea à me edita, has præceptiones horis succisuis, summa, qua fieri potuit, breuitate pariter ac facilitate descriptas collegi : quas Scholasticæ Iuuentuti (quam ad dulcissimum hoc, uereq; Angelicum tum Planæ tum Figuratæ Musicæ exercitium, à teneris assues fieri prodest) multum profuturas spero.

Πάρεργα, quæ discentes plus sæpè remorantur quàm promouent, admiscui nulla. Perplexæ & non necessaria, quibus ceutricis hæc ars inuoluta & obscurata fuit (Gradus, Augmentationes, Diminutiones, Imperfectiones, Alterationes, Proportiones Duplam, Quadruplam &c. quæ pridem etiam usus repudiare cœpit; intelligo) expunxi plurima. Barbara Vocabula (Mollaris, Duralis & similia) prorsus euitaui. Quid enim attinet barbare loqui; cum latine & eleganter possis?

SCALAE ueteri melodijs nudis applicatæ, pleniorẽ subiunxi; quibusuis harmonijs accomodam, Clauibus non ex literarum forma, sed ex ipsa arte in certas Classes distinctis: ad quas tamen ediscendas, tenera ingenia magnopere adigi nunquam suaserim. Sufficit Epitomen edidicisse, & Scalas hæc tantummodò perlustrasse.

MODORVM, qui in Musicis non abs re, Principatum obtinent, doctrinam, monstratis fundamentis,



## PRÆFATIO.

amentis, & annexis conuenientibus ac selectioribus Exemplis, latinis & germanicis succinctè explicauit.

METHODO usus sum tali, quæ tum ad perspicuitatem, tum ad memoriam plurimum mihi uisa fuit facere. Quæ pueris maximè obseruanda imò etiam ediscenda iudicauimus, typis grandioribus: cætera quæ mandari memoriæ non adeò necesse est, exilioribus imprimi curauimus.

CANTVM Irregularem seu temere et præter rationem transpositum, quem FICTVM dixere, per paucis attingimus. Hunc enim ceu necessitate nulla, mera autem Musicorum lasciuia & ociosa φαντασία introductum, rursus è Musica uocali eliminatum, hoc est, nativæ suæ sedi, ubicunq; reperitur, restitutum, & deinceps euitatum cupimus. MOLLEM uerò, quem uocant, hoc est, legitimè & consultò transpositum non æquè abrogamus. Quamuis enim non negauerim, Musicam Vocalem tali quoq; transpositione carere posse, siquidem in longissimum spacium, septem Clauibus subinde repetitis, Scalam producere, & cantiones uel acutiùs uel profundius incipere & modulari liceat: tamen cum Inuentores ista, quæ diximus, transpositione uti, & intra assueti systematis terminos, quantum fieri possit, consistere, quàm extra illos nimium expaciari, uel Scalam præter



## P R Æ F A T I O.

Præter modum prolongare maluerint: eaq̄ tanto  
usu ab ipsis Artificibus (tot præstantibus Operi-  
bus sub Scala M O L L I in lucem prolatis) hæte-  
nus frequentata sit, nihilq̄ absurdi & parum et-  
iam difficultatis contineat: retinendam eam, &  
quoties commodum uisum fuerit, usurpandam iu-  
dicamus, præsertim in ijs M O D I S, quorum e-  
xempla in exercitio δωδενατόων assignauimus.  
Præterea in Instrumentis Musicis (prodest enim  
& hoc scire) magnus & omnino necessarius trã-  
spositionis usus est, in Organis præsertim, quæ in  
administratione sacrorum adhibentur. Hæc enim  
si uel nimis altum, uel nimis profundum edant  
sonum, tum Οργανωδον Cantilenas non modò per  
Quartam uel Quintam, sed etiam per alia Inter-  
ualla, ad usum Canentium transponere, atq̄ ita uel  
Duras in Molles, uel Molles in Duras, uel utrasq̄  
in Fictas, pro arbitrio & absq̄ periculo transfor-  
mare possunt: modò uideant, ut Semitonia suis in  
locis incorrupta habeantur.

De cæteris quibusdam rationem hic reddere  
non opus esse arbitramur. Hoc saltem Musicos  
nostros, quotquot uel iam Cantilenas componunt,  
uel aliquando composituri sunt, amanter rogatos  
& admonitos uelimus, ut quantum fieri possit,  
præceptis Musicis obtemperent, & intra artis li-  
mites sese contineant: nec quicquid cerebro irri-  
seris,



## PRÆFATIO.

ferit, id licitum, id artificiale, id Musicum statim  
somniaent. Est cuiq; *MODUS* suus *Ambitus*, suus  
*Tropus*, sua *repercussio*, *Claves Clausularum*, *Se-*  
*des finalis*: quæ omnia studiosè attendere & me-  
minisse conuenit, ne quid  $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\omicron\ \mu\acute{\epsilon}\lambda\omicron$ , quod  
dicitur, temerè & sine probata autoritate finga-  
tur, & *Licentia*, quæ Musicis suo loco conceditur,  
in abusum trabatur.

Comprimis autem *MODORVM PROPRIETATES*, quas nec  $\epsilon\iota\sigma\alpha\gamma\omega\gamma\eta$  nostra si-  
lento præterit, calleat Musicus, ut, qui *Modus*  
cui textui adaptandus sit, sciat. Ut enim peritus  
*Medicus* cuiq; *Morbo*, non quæuis, sed certa, sele-  
cta & conuenientia *pharmaca* applicat: ita eru-  
ditus *Musicus* cuilibet *materiae* certam & conue-  
nientem *Melodiam* accommodat. Qui uerò *Cano-*  
*tum* extra certum modum fingit, uel etiam *citra*  
*Modi* siue *Toni* cognitionem canit, idem facit (in-  
quit *Onithoparchus* in *Musicis suis*) quod is, qui  
*Syllogismũ* extra *Modum* ac *Figuram* componit.

Porro & illud *litteratos* omnes, eos præfers-  
tim, quibus *bonarum artium studia* curæ atque  
cordi esse solent, oratos uolumus, ut de hoc nostro  
labore candidè iudicent, promptamq; ac *piam pu-*  
*erilia studia* iuuandi uoluntatem dente *Theonino*  
nerodant: Sed si quid fortè desiderent, de eo inge-  
nuè nos & amicè commonefaciant.

Vobis



## PRÆFATIO.

Vobis autem, Viri humanissimi, prudentias eruditione ac uirtute ornatissimi, hanc ISAGOGEN Musicam potissimum dedicare placuit: quod vos de liberalibus artibus honorificè sentire, Musicenq; comprimis amare & promouere compertum habeam: & tale quid olim Scholæ uestræ pollicitus sim. Nec dubito, Ludi uestri alumnos ex hoc Opusculo, (quod Viri docti approbarunt) si debita diligentia & dexteritate proponatur, & Artium Magister VS VS strenuè adiungatur, rectè posse et cum egregio fructu in artis fundamentis informari, & industrios Cantores olim euadere. Obnixè itaq; & submissè rogo, ut hoc literarium munus, ex animo pio, Vestraeq; Prudentiæ admodum studioso profectum æqui boniq; faciatis, meq; beneuolentiæ uestra deinceps etiam prosequamini.

Data è Rhoda Friderici, ad Syluam Semanã, anno Epochæ Christianæ 1590. die 16. Augusti: quo ante 58. annos, pientissimus princeps IOHANNES, Dux Saxonie, Elector, clementiss. principum nostrorum Friderici & Wilhelmi & Iohannis Fratrum, Ducum Sax. Proauus, (qui anno 1530. Imperatori Carolo V. Augustanam Confessionem intrepidè exhibuit, & pios Doctores clementer fouit & protexit: cui etiam defensæ Religionis amor, CONSTANTIS nomen tribuit)

B

buit)



## PRÆFATIO.

buit) triduo ante Sueinici mortuus, in templo ar-  
tis Vitebergæ conditur. De cuius etiam Fratris  
& Antecessoris FRIDERICO Electore, in Ge-  
orgij Fabricij Rerum Misnicarum lib. 1. tale ex-  
tat εγκώμιον, Cedro utiq; dignum & comprimis  
nobili Posteritati consecrandum: FRIDE-  
RICVS tertius, cognomento S A-  
PIENS, paci studuit, & studia ama-  
uit: nec Historicorum tantum, sed et-  
iam Philosophorū libros legit, & M V-  
SICIS VEHEMENTER  
DELECTATVS EST.

Prud. V.  
addictis.

M. Cyriacus Snegasius  
pastor, Sup. Vin. Ad-  
iunctus





# DE DIGNITATE

ARTIS MUSICÆ,

Oda Sapphica.

*Autore eodem.*

*Johann Lubi  
Musikus Dom  
Lubitz*



MUSICAM laudes DOM  
MINI sonantem,

Et sacros cœtus hominũ  
iuuantem

Ecquis exhorrens, satis est  
se sana

Mente uidetur

MUSICAM cœli dat ab arce gratis

Solus humani generis Creator,

Et Salus rerum, DEVS, omniumq;

Causa bonorum,

MUSICAM sancti coluere Vates:

Legifer Moses, Elisæus acer,

Et sua David DOMINVM celebrans

Voce Lyraq;

MUSICAM digna quoq; laude tollit,

Dum DEO Psalli iubet, ipse Paulus,

Gentium uerax, animoq; magnus

Doctor & ore,

MUSICAM multum decorant ouantes

Angeli: Summo sit honos Parenti,

B ñ

Alma



Alma pax terris, hominumq; Genti  
Recta uoluntas;

MUSICAM Iusti supera recepti  
Sede tractabunt, pia concinentes,  
Angelos inter, sine fine Regum

Carmina REGI;

MUSICAM cur non quoq; nostra tra-  
Secular: quæ mæstos recreat, ferosq; (ctent  
Mulcet, ac ipsum Stygium repellit

Longius Hostem.

MUSICAM quare moneo rogoq;  
Acris exerce studiosa PVBES:

Vt DEO gratos Hominiq; possis

Promere cantus.



In Isagogen



In Ifagogen Mu-  
sicam

REVERENDI VIRI, DO-  
MINI M. CYRIACI  
SNEGASSII.

Omnia quæ Cœli, quæ continet omnia  
Tellus,

In nihilum certa sunt reditura die.

Cessabit rigidi præclara Scientia Iuris:

Cessabit morbos Pæonis arte fugans.

Cessabit lucrum quicquid Mortalib. ægris

Attulit, & fluxas accumulavit opes.

At sacrosancta DEI VOX sola manebit  
in ævum:

Perpetuò huic aderit MUSICA iun-  
cta comes,

Illam dabit laudes DOMINI celebrantia  
Verba;

Hæc addet suaues harmonicòsque sonos.

Hic, ubi cum Sanctis cœlesti Sede fruemur,

Noster erit labor: hoc perpetuum stu-  
dium.

Maturè hoc suades studium exercere SNE-  
GASSI,

Exemploque doces, docte Vir, ipse tuo.

B iij      Vox



Vox canit, os loquitur CHRISTVM:  
manus utraq; chordas  
Pulsat: mens rebus dedita tota sacris.  
Est locuples testis, quam uerbo Ecclesia pa-  
scis,  
Et quæ nota bonis sunt, tua Scripta,  
Viris.  
Musicus imprimis Liber hic: qui prodit in  
auras  
Optatus pueris hactenus atq; Viris.  
Quem, **STVDIOSE**, tibi commendo fi-  
deliter, olim  
Seu templis cupias siue præesse Scholis.  
At tu perge Choro, facis ut, perdocte MA-  
GISTER,  
Aonio, donis utilis esse tuis.

*M. Iohannes Helder,  
Ludirector Gothanus.*



**ISAGO**





ISAGOGES MV-  
SICAE

LIBER PRIMVS:

Quo uulgaria artis  
præcepta, de Characteribus &  
clauibus, ad Practicam perti-  
nentia, Methodicè traduntur,  
& felectioribus exem-  
plis illustran-  
tur.



CAP. I. Quid Musica, &  
quot partes.

**M**USICA est ars benè canendi.  
*Musica uersatur circa cantum siue  
numerum sonorum.*

B iij

Nomen



Nomen habet à græca dictione, *Μῦσα*,  
 quæ uel cantum siue carmen significat (quali  
*μελῶσα*) apud Virgil. *Eclog. 1 & 8.* uel inqui-  
 sitionem ingeniosam, ἀπό τῶ μῶσαι, quod  
 est solerter inquirere. Inde & nouem ille  
*Dæx*, quæ artium inuentrices & præsidēs à  
 Poëtis finguntur, *M V S Æ* appellatæ sunt.  
 Hæ enim Cantores & docere & amare di-  
 cuntur, sicuti suauissimè Homerus canit;

*Odyss. 8.*

πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι μῦσαι ἐπιχθονίοισι μῦσαι αἰδοῖ  
 τιμῆς ἔμμοροι εἰσι καὶ αἰδοῖ, οὐνεκ' ἄρα σφέας  
 οἶμας μῦσαι εἰδίδασκε εἰλκσε δὲ. εἰλομ' αἰδοῖ μῦσαι.

*Partes Musicæ tres: Theorica, Pra-*  
*ctica & Poëtica.*

De his notentur *Senarῆ*, *Iambici.*

*Concinnat argutos sonos Poëtica:*

*Has uoce cantat organisq; Practica.*

*Et lege certa indicat Theorica.*

*Practica est uel instrumentalis, uel*  
*Vocalis.* Illa ad instrumenta spectat: hæc  
 humana uoce concentum efficit.

CAP.





CAP. II. De Cantu.

**C**ANTUS est melodia ad certum Modum directa : uoce uel instrumento, iuxta consignatos characteres ritè exprimenda.

Cantus aut est Regularis hoc est nativæ sedis : aut Transpositus.

Ille Durus uulgò appellatur : Iste Mollis. Durus per se notus est : Mollis ex præscripto *b.* cognoscitur.

Ratio appellationis utriusq; in sola clauē *b fa*  $\square$  *mi* (quæ cuiusq; cantus quasi Magistra quædam est) consistit. Hæc enim uti duplex est, & uel durum sonum *MI*, per  $\square$  quadratum, suo loco ab initio cantus intellectū exprimit : uel mollem *FA*, per *b* rotundum consueto loco signatum gignit : ita totus inde Cantus uel *DURVS* uel *MOLLIS* denominatur.

Vtriusq; eadem est uis atq; proprietas.

*B v* *tas.*



*tas.* Neq; enim Durus duriozem harmoniam Molli præfert, (ut imperiti somniant) neque Mollis Molliorem Duro. Quæ de re infra, lib. 2. cap. 9.

## DE CANTU FICTO.

Reperitur etiam alicubi Cantus *FICTIVS*, qui & ipse transpositus & prorsus irregularis est: ita dictus, quod Clauibus peregrinos sonos perpetuò affingat.

Cognoscitur ex uno uel duobus *bb.* aut *h* siue *X* non suo sed alieno loco præfixis.

Cantum repræsentant characteres: referant clauis: uariant Intervalla: ad peculiarem affectum inflectunt Modi. De his igitur deinceps præcipiendum.



### CAP. III. De Characteribus: & primùm de Notis.

*Character*





**C**haracter triplex est: Nota, Pausa & Signum.

Nota est character exprimendi soni.

Notæ sunt duplices: Planæ & Figuratæ. Inde ipsi quoque cantus uel Plani siue Chorales; uel Figurati siue Mensurales appellantur.

Planæ sunt ferè uniformes, et ualoris ac mensuræ æqualis.

Pinguntur sic: 

Connectuntur subinde propter textum, hoc modo: 

Figuratæ sunt multiformes, & ualoris ac mensuræ inæqualis.

Harum species octo sunt, & ex Typo sequenti patent.



Nomen



NOMEN | FORMA | POTESTAS

Maxima		octo	} ualeat tactibus simplicibus.
Longa		Quatuor	
Breuis		Duobus	
Semibreuis		uno	
Mixima		Duæ	} unum tactum cõplent
Semiminima		Quatuor	
Fusa		Octo	
Semifusa		Sedecim	

Punctum notæ additum dimidio eã  
auget:

Notæ omnes, ut & Pausæ, in quinque li-  
neis parallelis (quas Pentegrammon appel-  
lare liceat) earumq; spacis inscribuntur: Si  
tamen cantio altiùs excurrat, sexta lineola  
ad euitandas Clauium transpositiones com-  
modè additur, hoc modo:

DE





## DE LIGATURIS.

Ex iam dictis Notis priores quatuor propter commodiorem textus applicationem nonnunquam colligantur: & tum **LIGATURÆ** dicuntur, uel *Rectæ*, quòd quadrato; uel *Obliquæ*, quòd transuerso pingantur corpore, eo qui sequitur modo.



Ligatura recta.

Ligat. obliqua.

Porro omnis Nota ligata aut est *Prima*, aut *Media* aut *Ultima*.

### REGVLÆ.

De primis earumq; ualore.

1. Prima carens cauda sit longa, cadente secunda.

2. Prima




2. Prima carens cauda brevis est scandente  
secunda.

3. Si tibi prima brevis, læua caudata deor-  
sum

4. Semibrevis prima est, sursum caudata: se-  
quensq̄.

Scilicet siue hæc media sit, siue ultima.



Notio: Nigredo ultimæ quartam par-  
tem aufert, hoc modo:



De Medijs.

Quælibet è medio brevis est.



De Vltimis.

Vltima quæq̄ brevis: sed longa quadran-  
gula pendens.

De





## De Maxima & Longa ligatis.

Maxima nulla suum mutat, nec longa ualorem.



## CAP. IIII. De Pausis.

**P**ausa est character supprimendi soni.  
 Dicitur à παύσις id est quies, cessatio.  
 Pausæ sunt sex, quas cum Notis æquiualentibus exhibet Typus.



Longa, Breuis, Semibr., Minima, Semim., Fusa.

Ex



*Ex his quædam G E N E R A L E S*  
*dicuntur, quando nimirum in omnibus*  
*compositæ cantilenæ uocibus pariter si-*  
*gnantur: uel ab initio ad complendum tē-*  
*pus: uel in medio, ad significandum commu-*  
*ne silentium.*

*His additur Pausa FINALIS:*  
*quæ est uirgula per omnes lineas spaciaq̄*  
*ducta, uniuersis cantilenæ uocibus cessatio-*  
*nem indicens. Plærumq; geminatur.*

T Y P U S.



Ab initio.

In medio.

*Inuentæ autem sunt Pausæ.*

Primò respirandi gratia, ne languescat  
 harmonia.

Deinde ad distinguendum textum.

Tertiò ad formandas Fugas.

Quartò ad euitanda prohibita Inter-  
 ualla & Discordantias.

Quintò ad distinguendas perfectas eius-  
 dem speciei concordantias.

Sextò



Sexto elegantiae & suauitatis gratia. Et  
hic locum habent Generales Pausae in me-  
dio cantus.



CAP. V. De Signis.

**SIGNUM** est character, aut certitas  
ctus, aut repetendi cantus, aut continu-  
andi soni index.

Tactus est motus regulatus Prae-  
toris manu factus, sonorū tempora me-  
tiens: unde etiam Mensura appellatur.

Tactus est aut Symplex aut Pro-  
portionatus.


Simplex binas Semibreues, alteram  
depressione, alteram eleuatione: Propor-  
tionatus ternas aequales Notas, tam de-  
nigratas quam albas, duas depressione,  
tertiam eleuatione suo motu mensurat:  
quae si Semibreues fuerint, erit Proportio  
Tripla Maior: Sin Minimae, erit Tripla  
C Minor:



*Minor* : Aliàs Sesquialtera, græcè ἡμιόλιον  
appellata.

Porro *Simplex Tactus* est uel *Minor*, qui celerius, uel *Maior*, qui tardius  
incedit.

**S Y N C O P E** hîc attingenda : quæ  
est *Notarum maiorum per præcedentes*  
*Notas uel Pausas minores*, sub æquali  
*tactu*, quasi *dissectio quædam* : quia pars  
prior antecedenti, posterior consequenti  
adiungitur, hoc modo :



SIGNO



## SIGNORVM SCHEMATA.

♩ Signum Tactus Minoris & dimidij Tēporis.

C Tactus Maioris & integri temporis.

3 Tactus Proportionati: quem & interdum solus Notarum color prodit.

⋈ Signum repetendi cantus ab initio.

⋈ Signum repetendi à membro finali: item incipiendi & desinendi in Fugis.

⊖ Continuandi soni, siue uocis.

♯ Custos, monstrans sitū Notæ subsequentis in altero Pentegrammo. Est & diuisionis punctum in Proportionibus. Inter duas enim Notas locatum alteram præcedenti, alteram sequenti tactui annumerandam innuit. Hanc tamen diuisionem nigredo etiam Notarum subinde indicat.

C ij

CAP.





## CAP. VI. De Clauibus

*Claues sunt sonorum indices.*

**C**laues sunt septem: D. E. F. G. A. b  
uel h. C. Singulæ, quoties opus fuerit,  
ordine iterandæ.

Obseruandum, quod b. h. etsi naturæ  
duæ claues sint, per semitonium minus in-  
ter se distantes, hinc tamen pro una habean-  
tur. Semper enim earum alterutra, hæc sci-  
licet in Regulari, illa in transposito cantu  
usurpatur.

Hæ septem Claues, totidem discretos  
sonos edunt.

*Syllabæ ad exprimendos sonos clauibus  
attributæ, sex:*

LA	}	Superiores.
SOL		
FA		
MI	}	Inferiores.
RE		
VT		

*Inferiores*



Inferiores in cantus ascensu: Superiores in descensu usurpanda.

Sola MI & FA per Semitonium maius: reliquæ per Tonum inter se distant.

Desumptæ autem hæ Syllabæ sunt ex hymno quodam veteri, qui inter cætera (attende initium & medium cuiusq; uersiculi) sic habet:

VT queant laxis	REsonare fibris
MIRA gestorum	FAMuli tuorum:
SOLue polluti	LABñ reatum,
	Christe redemptor.

**TYPVS Clauium cum attributis syllabis, siue Epitome Scalæ.**

c sol fa ut  
b fa □ mi  
a la mi re  
G sol re ut  
F fa ut  
E la mi  
D la sol re

Ex re.



*Ex repetitione harum clauium, integra Scala constituitur, uiginti claues compræhendens: intra quas tum cuiuslibet cantilenæ ambitus, tum humanæ uocis limites probè continentur. Eius figuram sequens Pagella oculis subijcit.*

*A quibusdam etiã in forma Manus Spectanda non incommodè proponitur, ita ut singulos articulos claues cæteræ: Digitorum extrema signatæ occupent.*

*Est autem SCALA (Græcis  $\sigma\kappa\alpha\lambda\alpha$ ) linearum & spaciolorum æquidistantium constitutio, in qua Claues cum adherentibus syllabis ordine inscribuntur, sonorumq; rationem cum in Regulari, tum in Transposito cantu patefaciunt.*

*Scala dicitur, propter formam & usum.*



SCALA



SCALA CLAVIUM VI

ginti, à ueteribus constituta: sub qua  
 quilibet Cantus nudi, siue Te-  
 nores decurrunt.

	1	2	3	4	5	6	7	
Ge- mi- natæ	ee						la	
	dd					la	sol-	dd
	cc					sol	fa	
	bb					fa	mi	
	aa					la	mi	re
Mi- nu- scu- læ.	g				sol	re-	ut-	gG
	f				fa	ut		
	e			la	mi			
	d		la	sol	re			
	c		sol	fa	ut-			c
Ma- iu- scu- læ.	b		fa	mi				
	a	la	mi	re				
	G	sol	re	ut				
	F	fa	ut					
	E	la	mi					
Ma- iu- scu- læ.	D	sol	re					
	C	fa	ut					
	B	mi						
	A	re						
	F	ut						

Claves Signatæ

C iij

Hæc





Hæc Scala constat septem (ut uides) Hexachordis, quorum tertium & sextum non nisi ad transpositas siue Molles cantilenas propriè spectant. Istitis itaq; exemptis, remanet Scala Regularis seu Dura.

*Præponitur Γ. græcum, quòd à Græcis plurimum ars exculta sit; id quod etiam pleraq; quibus Musici utuntur, uocabula innuunt.*

### Regulæ.

*I. Claves ab eadem litera incipientes, distant per Octauam.*

*II. De Octauis idem est iudiciũ, quantum ad syllabas & naturam cantus attinet.*

SCALAM pleniorẽ uiginti septem clauẽs iustis classib. distinctas comprehendentem, pagella sequenti delineauimus. Constat decem Hexachordis, quæ Præceptores si uolent, in maiuscula charta, ad superioris scalæ formam, distinctè discentibus proponere poterunt. Secundum, quintum & octauum Hexachordum, tantum ad Molles cantus pertinent. Iis itaq; reiectis retinetur Scala Dura, natiuam sedem omnibus cantilenis præbens.

SCALA



SCALA UNIVERSALIS,  
 qua quævis harmonica siæ plurib. uocib. compo-  
 sitæ cantiones commodè includi poterunt.

Superacutæ quinq.	{	aaa—la
	}	gg sol
	{	ff—fa
	}	ee la mi
	{	dd—la—sol—re
Acutæ se= ptem.	{	cc sol fa ut
	}	bb—fa— $\square$ —mi
	{	aa la mi re
	}	g—sol—re—ut
	{	f fa ut
	}	e—la—mi
	{	d la sol re
	}	c—sol—fa—ut
	{	b fa $\square$ mi
	}	a—la—mi—re
Media se= ptem: Hæ sunt fons o- mnium Mo- dorum, ade- oque totius Musica.	{	G sol re ut
	}	F—fa—ut
	{	E la mi
	}	D—la—sol—re
	{	C sol fa ut
	}	B—fa— $\square$ —mi
	{	A la mi re
	}	Г—sol—re—ut
Graues octo.	{	F fa ut
	}	E—mi
	{	D re
	}	C—ut

CAP.







**CAP. VII.** De diuisione Clauium, & de Signatarum usu.

**C**lauium alia Signata, alia intellegenda. Signata quatuor: ita appellatae, quod literis uel characteribus in cantus exordio signentur: quibus omissis caeca esset cantilena, & reuera (ut cum Guidone loquar) talis, qualis funem dum non habet puteus.

Suntque duplices: Exteriores & interiores. Exteriores tres, F. c. & g. per quintam inter se distantes: quarum una alteraue in lineis cantui praefigitur: & quidem in Transposito etiam b. sub c. consignatur, eo, qui sequitur, modo:



In cantu plano.

In Figurato.

Γ & dd.



r. & d d. Poëticae studiosis in integro  
Systemate signandas relinquemus.

*Interior una: eaq̄ duplex, b. rotun-  
dum, & □ quadratum uel X cancella-  
tum.*

*Inferior medio ad formandos sonos  
fictos: qui & uim textus fortiùs expri-  
munt, & alios atq; alios affectus subinde  
concitant, adeoq; singularem suauitatem  
cantilenis conciliant.*

*Intellectæ, sic dictæ, quòd ex signatis  
facilè per lineas & spacia intelligantur,  
sunt reliquæ omnes.*



**CAP. VIII.** De solmisandi,  
hoc est, sonos per syllabas exprimen-  
di artificio.

Regulæ quatuor.

**I.** **I**N cantu Duro, attende clauem C:  
in Molli b: in utroq; F: quarum quæli-  
libet



libet suo loco FA exhibet per totum  
cantum. Inde reliquas Syllabas aestima-  
bis.

II. Cantione ultra LA uel VT ex-  
currente, syllabæ in Syllabam unisona  
fiat mutatio: maximè per RE & LA, uel  
his deficientibus per uiciniores.

III. In quintis è MI uel FA prodeunti-  
bus, saltus fiat ad syllabas easdem, nulla fa-  
cta mutatione.

IIII. Diligenter observa duplicem cla-  
uem interiore, b nimirum, & ♯ uel ✕:  
ut illud per FA, hæc per MI, uel quasi  
MI (ubicunq; occurrerint) ritè exprima-  
mas.

## De solmifatione cantus Ficti.

In cantu Ficto, sicubi reperiatur, sola  
præscripta bb. uel ♯ siue ✕ respicienda sunt:  
quæ & ipsa per totum cantum, in n̄s spac̄is  
uel lineis, quibus adhærent, FA uel MI re-  
præsentant, unde reliquæ syllabæ faciliè æ-  
stimantur.

Obser-



## Observatio,

In solmifandi exercitio pueri sat diu  
detinendi sunt, donec sensim <sup>et</sup> <sup>per</sup> quandam  
sibi comparent, & textum ipsum  
Notis applicare consue-  
scant.



SEQVVNTVR  
solmifandi exempla, hinc in-  
de descripta, quæ docent ad u-  
sum transferre præ-  
cepta.



PLANE



PLANE SIVE CHORA  
liter.

*Cantus Durus.*



Fuga in unisono.

*Mollis.*



Fuga in Hypadiapente.



ANTIPHONA IN  
*Aduentu.*



*Ve ni & li bera nos Deus*



*noster. EVOVAE,*


FIGV



FIGURATE SIVE

Mensuraliter,


Exemplum sex Syllabarum.



Fuga duarum uocum in Epidiapente.



Aliud, Duum.



Prima Vox.



Alterra





*Altera Vox.*



*Exemplum specierum Notarum.*




*Cantus primus.*



*Secundus.*



*Tenor.*




**EXEM**




EXEMPLUM LI.

gaturarum.



Prima uox.



Altera uox.




D MPTA.



MUTATIONIS EXEM-  
pla in tantu Duro.

Primum.




*Fuga in Unifono.*

Secundum.



*In Unifono.*




*Tertium*



Tertium.



*In Unifono.*




D ū E X E M



EXEMPLA MUTATIONIS  
in Cantu Molli.

Primum.




Fuga in Unifono.

Secundum.



In Unifono.



Terti





Tertium.

pac



In Unifono

nunc dimittis domine servum tuum



secundum verbum in pace



qui tenebat oculos meos



sa retinuit



parastrante faciem omnium



populo tuo

D iij

EXEM






EXEMPLVM MODV.  
landi sonos Fictos.



*Fuga in Unifono.*



EXEM





Exemplum Pausa-  
rum & Syncopes, sub ta-  
ctu minore.

P. A. →

*Trium Vocum.*




D iij

Vox




Vox Suprema.




Vater vnser im H. Vater vn ser im Himel



reich Si melreich/der du v.a.h.gleich/bist



der sein v.d.r.an r.an/vnd wilt d. G. v. vns han/




ij Gib dz n.b.g.d.m. hilf



do.e.g. von herzen grund.

Vox Media.



Vater v. im Si melr. im H. der du etc.




ij Was der sein vnd dich infne





fen an/dich r. an/brüd. sein v. d r. an/ vnd



wilt d. b. v. v. h. gib d. n. b. a. d. m. allein der



m. hilff d. e. g. v. her. grund. ||


Vox Infima.




Vater vnser



dich ruf. an/ || vnd wilt



d; b. v. v. h. gib das



hilff

||

D v

Exemo




EXEMPLVM TACTVS MINORIS  
& proportionati, quatuor Vocum. M. C. S.



*Discantus.*



*Tenor.*



*Altus*






*Altus.*




*Bassus.*



*Tripla*



Tripla Maior, à 4.



*Discantus.*




*Tenor.*




*Altus.*






Altus.



Bassus.




TRAG

Tripla






Tripla Minor. Trium.



*Discantus.*



*Altus.*



*Bassus.*



Finis libri primi.

ISAGO.







ISAGOGES MV,  
SICAE

LIBER SECVNDVS:

Quo doctrina de  
Interuallis & Modis ad The-  
oricam spectans, monstra-  
tis Fundamenti succinctè ex-  
ponitur, & conuenientibus  
Schematis & exemplis  
illuminatur.



CAP. I. Quid Interuallum: quot  
& quotuplicia.

INTERVALLVM, Græcè  $\delta\iota\sigma\tau\alpha\sigma\iota\varsigma$   
 $\acute{\alpha}\sigma\eta\mu\alpha$ , est soni à sono distantia.

Recens



Recensentur á Musicis quindecim  
Interualla: quorū alia usitata, alia pro-  
hibita.

Usitata Interualla, decem.

- |                            |                               |
|----------------------------|-------------------------------|
| 1. Unisonus.               | 2. Semitonium.                |
| 3. Tonus.                  | 4. Semiditonus,               |
| 5. Ditonus.                | 6. Diatessaron.               |
| 7. Diapente.               | 8. Semitonium cū<br>Diapente. |
| 9. Tonus cū Di-<br>apente. | 10. Diapason.                 |

Prohibita quinque: de quib. suo loco.



## CAP. II. De usitatis Interuallis.

### I.

**U**nisonus, est eiusdem soni repetitio:  
Ut, ut: Re, re: &c. Ideoque propriè In-  
teruallum dici nequit, sed Interuallorum  
principium: sicut punctum lineæ, apud Ge-  
ometras: & unitas Numerorum, a quod Ar-  
ithmeti



arithmeticos. Docendi tamen gratia Interuallis annumeratur.

II.

*Semitonium est imperfecta secunda, cuius unica est species, MI FA: & contrā.*

Hoc Interuallum summo studio à Tono discernere, riteq; pronunciare assuescimus: Siquidem in hac re totius Musicæ reuerentia & suauitas consistat, iuxta dictum: MI & FA sunt tota Musica.

*Est autem duplex Semitonium, Maius & Minus: Græcè Αποτομή καὶ λεῖμμα. Vtriusq; in Chromatico & subtiliore modulationum genere: illius uerò solius in Diatonico & communiore usus est.*

*MINV Sin eadem linea uel spacio, præfixa clauē interiore b. uel ♯ siue X: MAIV Sin diuersis collocatur, ad istum, qui sequitur, modum.*



E

Ex his



Ex his duobus Semitonij integer  
Tonus conflatur. Reliqua Intervalla om-  
nia, præter Ditonum (qui ex solis  
duobus Tonis constat) ex Tonis & Se-  
mitonij maioribus constituuntur.

Notandum autem, quod Semitonium  
maius hæcenus pro Minore passim, sed  
perperam habitum sit: sicuti ex Mono-  
chordo nostro liquet.

III.

Tonus est perfecta secunda, hoc est,  
distantia inter quamvis syllabam, & proxi-  
mè subsequentem: MI & FA demtis.

IIII.

Semiditonus est imperfecta tertia:  
Re Fa: Mi Sol.

V.

Ditonus est perfecta Tertia, Vt  
Mi: Fa La.

VI.

Diateffaron est Quarta, seu distan-  
tia per quartam, cuius tres sunt specia-  
es, sex syllabas iusto ordine continen-  
tes: quarum


Prima



Prima est, Vt Fa

Secunda, Re Sol

Tertia, Mi La



1. 2. 3.

Hæ quidem, quò ad constitutionem ipsam, nihil: sed quò ad positum Semitonij: multùm differunt. Nam Vt Fa, in supremo, Re Sol, in medio: Mi La, in imo habent Semitonium. Hinc illa, *Mollis*, ista, *Media*: hæc, *Dura* (quod tales sonos reddant) rectè appellantur.

De differentia Specierum Diapente, quæ iam sequuntur, par sit iudicium.


## VII.

Diapente est Quinta, cuius quatuor sunt species, Mi Mi.

Fa Fa.

Vt Sol.

Re La.



0. 1. 2. 3.

Posteriores tres tribus illis superioribus ordine iunctæ, constituunt Diapason.

E ñ

8. Semi-



VIII.

Semitonium cum Diapente, est im-  
perfecta sexta, Mi Fa.

Re Fa.  
Mi Sol

IX.

Tonus cum Diapente, est perfecta  
sexta, quæ tamen rarius usurpatur,

Vt La.  
Re Mi.

X.

Diapason, sic dicta quòd priora Inter-  
ualla omnia complectatur, est Octava: cu-  
ius septem sunt species, ex septem clavi-  
bus prodeuntes: quarum quælibet quin-  
que Tonis ex duob. Semitonijis constat.  
Id planum facit subiectus TYPVS.

D E F G A B C

CAP.





CAP. III. De prohibitis  
Interuallis,

**P**ROhibita Interualla sunt quinque,  
ut supra diximus.

I. Tritonus seu Quarta, de FA ad  
MI, ex F ad  $\square$ , aut in transposito cantu, ex  
b ad c.

II. Semidiapente seu Quinta, de MI  
ad FA, ex  $\square$  ad f, aut ex E ad b.

III. Semidiapason seu Octaua, de MI  
ad fa, ex  $\square$  ad b, uel contrā,

IIII. Ditonus cum Diapente, seu per  
fecta Septima, ex C ad  $\square$  &c.

V. Semiditonus cum Diapente, seu  
imperfecta Septima, ex E ad d &c.

Ista exemplis declarare Præceptoris  
curæ committitur.

Ex his tamen quædam in figuratis præ  
sertim cantionib. reperiuntur, pausis mol  
lita.

E iñ

VSITA-



VISITATORVM INTER  
uallorum exercitium, à ueteribus artificio-  
sè excogitatum.

Chorale.



Decem sunt Interualla, quib. omnis canti le-




na connexitur: scilicet, Unifonus, Semitoni-



um, Tonus, Semi ditonus, Ditonus, Dia-



tessaron, Diapente, Semitoniũ cum Diapente,



Tonus cum Diapente: Ad hæc sonat Diapa-



son. Si quem dilectat canere, hæc Interual-




la cogno scat. EVOVAE.

Aliud.



ALIVD. Mensurate.



*Fuga duum, in Unifono.*



E iij

CAP.



**CAP. IIII. De differentia  
specierum Diapason, & earun-  
dem duplici diui-  
sione.**

**D**ictas septem Diapason species, sola  
Semitonij transpositio discernit,  
Modorumq̄, de quibus Mox dicetur, uari-  
rietatem gignit.

Prima enim species	D in 2 & 6	) loco habet ( Semitonia: ut ( attento Cane toripatet ex superiore iyo po.
Secunda	E in 1 & 5	
Tertia	F in 4 & 7	
Quarta	G in 3 & 6	
Quinta	a in 2 & 5	
Sexta	b in 1 & 4	
Septima	c in 3 & 7	

Semper tamen binæ species uno tantum  
Semitonij loco discrepant, altero uerò con-  
cordant, uidelicet:

Prima & Quarta.	Item:
Secunda & Quinta.	Prima & Quinta.
Tertia & Sexta.	Secunda & Sexta.
Quarta & Septima.	Tertia & Septima.
	Positus



Positus autem Semitonij ex obser-  
uatione specierum Diatessaron & Dis-  
apente (quæ suo loco recitatæ sunt) facile  
deprehenditur. Vt enim quælibet Dia-  
pason siue Octaua, ex quinta & quarta  
componitur: ita & in easdem commo-  
dissime diuiditur: & quidem bifariam,  
Harmonicè scilicet & Arithmeticè.

Aut enim Quarta collocatur supra  
Quintam, & uocatur Harmonica diui-  
sio, quòd talia Interualla harmoni-  
sint idonea: aut fit contrarium, & dicitur  
Arithmetica, quòd Quarta infra Quin-  
tam, numero magis quàm harmonia con-  
stet.

Porro ἀρμονία Græci uocant, (teste  
Polydoro Vergilio, Lib. primo cap. 16. de  
inuent. rerum) quod Latini dissimiliū con-  
cordiam appellant.



CAP. V. Quid Modus: deque  
Modorum diuisione, numero  
ac Nominibus.

E V MODVS



**M**odus est species Diapason, Harmonicè uel Arithmeticè diuisa, quæ melodiam intra certos fines, ad peculiarem affectum inflectit.

Modorum alij legitimi siue γνήσιοι: alij illegitimi siue νόθοι.

### DE LEGITIMIS.

Legitimi duodecim: non omnes tamen æquè usitati.

Suntq; duplices, Authentæ et Plagij.

Αυθεντικῆ, id est, Author, Dominus.

πλαγιῶν, id est, obliquus.

Authentæ sex, imparis numeri, harmonica diuisione nitentes: ideoquè propriè ad octauam usq; è sede finali exurgentes, tanquam Principes ac Domini. Vnde Contenti etiam, quasi Intenti appellantur, & Clamosi.

Plagij totidem, paris numeri, ex Arithmetica diuisione constituti: ideoq; uix ad Quintam propriè scandentes, ad

Quare



Quartam uerò cadentes, tanquam Subditi & Serui. Inde Remissi uel Demissi dicuntur.

Modi hoc ordine & hisce Nominibus recensentur.

Authente siue  
Contenti.

Plagij siue Re-  
missi.

1. Dorius.

2. Hypodorius.

3. Phrygius.

4. Hypophrygius.

5. Lydius.

6. Hypolydius.

7. Mixolydius.

8. Hypomixolydius.

9. Aeolius.

10. Hypoaeolius.

11. Ionicus.

12. Hypoionicus.

Græcè sic scribuntur: Δώριος, φρύγιος,  
Δυδύριος, μιζολυδύριος, Αιόλιος, Ιωνικός.

Nomina Modi traxerunt à Gentibus, uidelicet à Doribus, Phrygibus, Lydis, Æolibus & Ionibus. A qua enim maxime colebatur, ab ea Gente Modus denominabatur.

Græca particula ὑπό, id est, sub, præposita Authentis, ostendit Plagios, ut ὑποδωρύριος.



ϕιθ, ὑποφρύγιθ, Hypodorius, Hypo-  
phrygius, &c.

Dicitur Hypodorius, quod sub Do-  
rio sit tanquam subditus aut subiugalis.  
Descendit enim sub Dorium. Idem de  
reliquis Plagiis sentiendum.

De Illegitimis siue Nothis.

Nothi duo: Hyperæolius Harmoni-  
cè, & Hyperphrygius Arithmeticè  
diuisus: Verum utraq; diuisio, quòd pro-  
hibita Interualla, Hemidiapente & Triton-  
num referat, uiciosa rectè censetur.

Atq; ita in uniuersum quatuorde-  
cim existunt Modi, qui tamen omnes  
intra septem species Diapason (puta in-  
tra singulas bini) propter duplicem earun-  
dem diuisionem continentur: Videlicet,

Intra primam speciẽ	D. d. Dorius & Hypomixol:
Intra secundam	E. e. Phrygius & Hypoæol:
Intra tertiam	F. f. Lydius & Hyperphryg:
Intra quartam	G. g. Mixolyd. & Hypoionic:
Intra quintam	a. aa. Hypodorius & Aeolius.
Intra sextam	h. bb. Hypoph: & Hyperæol:
Intra septimam	c. cc. Hypolydius & Ionicus.

Profligat



Profligatis Nothis, remanent Legitimi, quos explanando persequemur.



CAP. VI. De Modorum  
natura & proprietate.

*Modorum natura ac proprietas sequenti Hexastico exprimitur.*

*Est hilaris primus: mœrore secundus abundat.  
Tertius austerus: quartus blandiminis author.  
Est asper quintus: dat lenia cantica sextus.  
Septimus indignans: placans octavus habetur.  
Est suavis nonus: sed tristis erit tibi densus.  
Undensus lepidus: lachrymabilis ultimus esto.*

*Modis itaq; conueniunt:*

1. *Dorio*: Insigniores textus; Verba lætitiæ, laudis: gratulationes, Epithalamia. Ad carmen etiam Heroicum modulandum est aptissim⁹. Inde *σεμνός*, id est, grauis, seuerus, augustus appellatur.

2. *Hypodorio*: Verba tristitiæ, habentia tetricam quandam grauitatem: preces, deprecationes.

3. *Phry*



3. *Phrygio*: Verba austerā, sonora, impetuosā, horrida praelia, pugnae: irrisiones, insultationes, quærelæ cum indignatione. Vnde & σκολιός, id est, tortuosus: item Martius Modus, non incommode uocatur. A quibusdam tamen ἐνθεός, id est, diuinus, seu diuinam impetum excitans: item Religiosus, inscribitur.

4. *Hypophrygio*: Verba amoris, adulationes, preces, gemitus & luctus: Verba pathetica, Epitaphia: tristes querimonie, supplices lamentationes. Inde παρασιτικός uel Adulatorius uocatur.

5. *Lydio*: Verba aspera, minacia & simul quærela: obiurgationes, imprecationes, adhortationes ad pietatem & uirtutes. Dicitur βακχικός, id est, Bacchanalis seu insanus: item Saturnius.

6. *Hypolydio*: verba querula: precatioes, lamentationes cum quodam fremitu.

7. *Mixolydio*: Verba præstantia & seuerā: indignationes, inuectiue, increpationes, adhortationes paternæ, memorabiles res gestæ, Tragœdijs aptæ.

8. Hypo



8. *Hypomixolydio*: Verba reuerentiæ,  
modestix: gratiarum actiones: Epithala-  
mia. Apud ueteres Ecclesiasticos in summo  
honore & delicijs habitus.

9. *Aeolio*: insignia & memorabilia dicta:  
res præclare gestæ: mirandæ liberationes.  
Hunc Peregrinum hactenus dixere. Vocatur  
& Modus simplex.

10. *Hypoæolio*: Throeni: petitiones, ut  
Deus eripiat ex tribulatione: ut peccata  
remittat.

11. *Ionico*: Verba concordix, gaudij, lau-  
dis: delectationes, consolationes, recreati-  
ones, gratiarum actiones. Hinc γλαφυρός  
id est, Scitus seu elegans appellatur: item  
Lasciuus.

12. *Hypoionico*: Verba subtristia: quæ  
relaxationes, preces; Epitaphia. Aptissimus  
etiam est ὀρθροίσις ac amatorijs.



**CAP. VII.** De Modorum fi-  
ne, deq; ratione cognoscendi  
Modos.

Omnia



**O**Mnis Modus regulariter in infima Quintæ suæ Nota finem constituit.

Septem autem Authentæ cum suo Plagio, tanquam Modi cognati siue combinati, ex eodem quippe fonte profilientes, Quintam & Quartam habent eandem, licet hanc diversè locatam, ut in fine capitis ex adiectis Schematis patebit.

Ergò etiam in eadem clauæ exeunt, ut ostendit appicta tabella.

Authentæ	1	3	5	7	9	11
Plagij	2	4	6	8	10	12
Clauæ finales	D	E	F	G	a	c

#### NOTIO.

In cantu transposito uel ex quarta infra sedem finalem, uel ex quinta supra eandem, uera & Regularis clauis finalis elicitur.

Cognoscuntur Modi tripliciter.

Regula



## Regula I.

*Primum ex clauē finali, (iuxta illud: In fine uidetur cuius Toniseu Modus) & cantionis ascensu uel descensu: quorum illo Authentica, isto Plagijs designatur.*

Finalis autem Clauis non in prima neq; in secunda &c. quæ plerumq; (nec abs re) in Irregulari sede morantur, sed in ultima parte, si pluribus Cantilena constat, querenda est.

Hæc tamen Regula non semper nobis satisfacit in iudicandis Modis. Non enim omnis cantilena, Figurata præsertim, in clauē sibi destinata (uti Regulare erat) terminatur, sed uel in Repercussione, uel usitatio-  
re clausula, (formatis tamen antea clausulis in sede finali propria) non raro quiescit. Hic si ex fine iudicas, falleris.

## II

*Secundo, ex diuisione Octauæ, cuiusq; Modi ambitui assignata: & ex infima Quintæ Nota. Harmonica enim diuisio Authentam, Arithmetica Plagijs arguit.*

R

Tertio,



Tertiò, ex Repercussione, adeoque ex toto ambitu, quo tanquam propria phrasi Modus decurrit; ut infra posita exempla docebunt.

Media cognitio ut erudita & admodum iucunda, ita omnium est certissima, ideoque diligenter discenda & amanda.

De hac Dresslerus in Practica Modorum explicatione grauter sic scribit: In iudicandis Tonis (seu Modis) unà cum ambitu, Repercussione & fine, semper hoc consideretur, an congruant species Diatessaron & Diapente. Si congruerint, rectum erit iudicium: Si non, nihil esto Repercussio, nihil Tropus, nihil finis, uel alia huiusmodi, ex quibus à rudioribus Toni inuestigari solent.



CAP. VIII. De Modorum  
Repercussionibus, & de Am-  
bitu.

Reper-



**R**epercussio est cuiusq; Modi propria  
quædam resonantia: ex clauæ finali  
fursum tendens, & in eandem sæpiùs recur-  
rens.

*Modorum Repercussiones, istæ.*

Primi & Noni RE LA. } In di-  
Secundi et Decimi RE FA. } uersis  
tamen  
clauib.

Tertij MI FA per sextam.

Quarti MI LA.

Quinti FA FA per quintã,  
interposita plerũq; Re.

Sexti & Duodecimi FALA. } In di-  
Septimi et Undecimi VT SOL. } uersis  
clauibus.

Octauj VT FA, cui in Fu-  
gis respondet RE SOL, ex D.

Notiones duæ.

I. Omnium Authentarum Repercus-  
siones, eorundem Quintæ sunt, excepto  
tertio, cuius Repercussio est sexta MI FA.  
Plagiorum uerò Repercussiones à Quintis  
& Quartis diuersæ sunt.

II. Nudæ Repercussiones in cantionibus



Figuratis non sæpiùs repetuntur, (Talis enim repetitio ingrata erat futura) sed per Fugas & clausulas subinde repræsentantur.

## De Ambitu,

### Notiones tres.

I. *Ambitus non semper præcisè complet octauam, sed interdum deficit, interdum propter textus uariationem excedit, & tam infra finem Quartam, quàm supra finem Octauam absoluit: atq; ita uel Imperfectum, uel mixtum Modum gignit.*

Hinc Modi eleganter fluuio comparantur, alueum ut plurimum implenti, nonnunquam tamen deficienti, subinde etiam excedenti.

II. *Hypophrygius ad infimam clauem  $\text{B}$  mi, rarò descendit, sed illud Semitonium, quod infra habere debebat, supra assumit, & ad c imò etiam interdum ad d ascendit. Hinc fit, ut paruum discrimen hodie in-*



die inter Phrygium & Hypophrygium ha-  
beatur.

III. In compositis cantionibus quilibet Authentica cum suo Plagio, & viceversa Plagijs cum Authentica, propter Quintæ & Quartæ communionem *ἁπλῶς* & *ἁπλῶς* prorsus commiscentur, ita tamen ut alter illorum dominetur, & alter subseruiat. Ille scilicet potissimum in Discanto & Tenore: hic in Alto & Basso.

Sed hæc & alia usus rectius, quàm Præceptionum coaceruatio docebit.

Sequenti Dodecasticho, cui paulò inferiùs canendi exempla, singulari industria accommodata sunt, Modorum nomina, proprietates, Repercussiones & ordinem, simul & semel succinctè notauimus.



F iij

I. Do.



1. Dorius est hilaris: RE LA sonat: ordine primus.
2. RE FA mœstus amat Hypodorius: ipse secundus.
3. Austerus Phrygius: MI FA uult: tertius ille.
4. MI LA blandisonat Hypophrygius: is tibi quartus.
5. Lydius est asper: FA FA tribuit sibi: quintus.
6. FA LA lenis habet Hypolydius: utpote sextus.
7. Septimus indignans, VT SOL, Mixlydius, edit.
8. VT FA dat placans Hypomix. Octauus habendus.
9. RE LA suauiter Æolius canit: ille nouenus.
10. Tristis Hyp'æolius: RE FA notat: hic tibi denus.
11. VT SOL undecimus, iucundus Ionicus effert.
12. Flebilis extremus, FA LA, Hyp'ionicus, addit.

**S C H E M A M O D O R V M**  
 Quintas, Quartas Repercussiones & fines ob oculos ponens.

*Derius*



I. Dorij.

II. Hypodorij.



Quin. Quar. Rep. fin. Quar. Quin. Rep. fin.

III. Phrygij.

III. Hypophrygij.



V. Lydij.

VI. Hypolydij.




VII. Mixolydij.

VIII. Hypomixolydij.



IX. Aeolij.

X. Hypoaeolij.



XI. Ionici

XII. Hypoionici.



Fin. Sehe




	I	II	III	III	V	VI	VII	VIII	IX	X	13	14	XI	XII
													fa	
													mi	mi
									la				re	re
gg									sol	sol		sol	ut	sol
					fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa
		la		mi	mi	mi	mi	mi	la	la	la	la	mi	mi
	sol	sol		e	re	sol	sol	sol	sol	sol	sol	sol	re	re
III	fa	fa		ut	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	ut	fa
	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi
	re	la		re	re	re	re	re	re	re	re	re	re	re
	sol	sol		sol	sol	sol	ut	sol	sol	sol	sol	sol	ut	ut
☪	fa	fa		fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa	fa
	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi
	re	sol		sol	re	re	re	re	re	re	re	re	re	re
		fa		fa	ut	ut	ut	ut	ut	ut	ut	ut	ut	ut
	mi	mi		mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi	mi
D	re	E		F	G	a	b	c	d	e	f	g	a	b

CAP.

Nothi





  
**CAP. IX. De Modorum  
sive cantuum transpositione.**

**T**Ranspositio Modi seu Cantus est  
Duri in Mollem translatio. Omnes  
enim Modi regulariter sub Scala Duo-  
ra decurrunt.

Quod si Modus aliquis per Octavam  
exaltetur, uel per eandem (quod infra in  
exercitio Dodecatono, cum Ionico factum  
uidebis) deñciatur, ea Locomotio inter  
transpositiones, cum de Octauis idem sit iu-  
dicium, non recensetur.

*Notiones de transpositione.*

I. In omni Cantu ritè transposito eae-  
dem manet uis atq; proprietas, quæ fuit  
in Regulari, nec Melodiæ suauitati  
quicquã detrahitur. Vtrobis enim eae-  
dem species Diatessaron & Diapente repe-  
riuntur.

II. Rectè & absq; Semitoniorum con-

F v fusio



fusionem, Cantus Durus in Mollem trās-  
fertur, si aut in Quartam (uerbi gratia  
ex D. in G) eleuetur: aut in Quintam  
(ex C in F.) deprimatur.

III. Recte etiam Mollis in Durum  
resoluitur, si contrario Modo proceda-  
tur.

III. Sic etiam omnis Fictus in Mol-  
lem uel Durū restituitur, si debito mo-  
do aut extollatur aut demittatur.

Vide Exemplum tale.



Hypoion. Fictus. Idem Mollis. Idem Durus.

V. Si transpositio fiat in Quintam, ex  
Duro in Durum, prorsus erit uiciosa.  
Confundit enim Semitonia, & uel Diatessa-  
ron uel Diapente, uel etiam utriusq; (ut in  
Phrygio & Hypophrygio) falsas species  
producit: cuius rei uide exempla talia.

Dorius





*Dorius Regularis. Transpositio recte. Transp. falso.*



*Phrygius Regular. Transp. recte. Transp. falso.*

*VI. Valde autem commoda & usitata  
est Transpositio in Hypodorio, Aeolio  
& Hypoionico: nonnunquam etiam in  
Dorio, Hypophrygio, Mixolydio & Io-  
nico: quorum idcirco exempla infra in e-  
xercitio Dodecatono annotauimus.*



**CAP. X. De Modorum  
Tropis.**

**I**N Psalmis, Antiphonis & id genus alijs  
cantonibus sacris, Tropi Modos indicant.

**ER**



*Est autem Tropus, breuiusculus  
concentus, in quo Psalmi exeunt, et qui  
etsam ad Antiphonas & alia diuina cā-  
tica in fine annotatur, subiectis his lite-  
ris E V O V A E: quæ S E C V L O.  
R V M A M E N desi-  
gnat.*



TRO-




# Troporum Typus.

Contentorum.

Remissorum.



Adam primus ho mo. Noe se cundus.



Tertius Abraham. Quatuor Euangelista.



Quinq; libri Moysis. Sex hydriae posita.



Septē artes liberales. Octo partes orationis.



Sed nouem sunt Musae. Decem praecepta Dei.



Undecim congregati. Duodecim Apostoli.

Undecim



Vndecimus tamen in Hypodiapason u-  
sitator.

De Tropis porro notandum, quòd  
in Plagijs quidem integri, in Authen-  
tis uerò plerisq; corrupti sint, nec pro-  
priè Modum quisq; suum referant.

Exempli gratia: Tropus in primo Mo-  
do usitatus, octauo potius quàm primo cõ-  
gruit. Similiter de reliquis tribus iudican-  
dum.

Apud primos Inuentores procul du-  
bio hi fuere: qui etiam hodie à quibusdam  
Cantoribus usu recipiuntur.

Two staves of musical notation. The first staff is labeled '1.' and the second '3.'. The notation consists of square notes on a five-line staff with a C-clef. The first staff has a treble clef and a common time signature. The second staff has a bass clef and a common time signature. The notes are arranged in a sequence that suggests a specific melodic line.

Tropus Secundi, ut sit magis patheti-  
cus, à Musicis quibusdam ita formatur.

Two staves of musical notation. The first staff is labeled 'No e se cundus.' and the second 'Prats.'. The notation consists of square notes on a five-line staff with a C-clef. The first staff has a treble clef and a common time signature. The second staff has a bass clef and a common time signature. The notes are arranged in a sequence that suggests a specific melodic line.



Præterea *PSALM*itum *Mi*  
*nores* (Sic enim usu non arte diuiduntur) id  
est, *Veteris, tum Maiores*, id est, *Noui Te*  
*stamenti, suas certas Intonationes ha*  
*bent.*

*Sic Responsoria & Introitus, sui*  
*quisq; Modi, proprios Versus, quasi in*  
*dices habent.*

Sed hæc omnia quotidianus usus in can-  
tantium choro satis, puto, docebit. Et si  
quid eius generis hoc loco desideratur, id  
aliorum libri Musici uel Psalmos  
diæ supplere pote-  
runt.



Exercit



# Exercitium


Δ Ω Δ Ε Κ Α Τ Ο Ν Ο Ν,  
discientium captui solerter at-  
temperatum: quo singuli M O D I e-  
legantibus Fugis principales clausulas cō-  
plexis, & conuenienti textui appli-  
catis, egregiè illustran-  
tur.

*Omnes sunt duarum Vocum:  
in Hypodiapason decandanda.*

Constat triginta Tactibus minoribus.

*Autore*

Philippo Auenario.



*Fugas hasce omnes sub Scala Dura  
decurrente fecimus: quasdam etiam  
sub utraq, ut legitimæ transpositionis  
resum discentes conspiciant.*


*Dorica*



I.



Dorius est hi laris, hi



laris, est hilaru Re La, u sonat so.



nat: ordine pri mus, pri mus, ordi




ne pri mus pri mus, ordine prim 9.

Sub Scala molli sic:



Dorius est hi laris &c.




REFA u maestus amat Hypodorig Hypo-  
derius






dorius, mæstus amat Hypodoriꝰ: ipse secundus



se cundus, ipse secun-



cus, secun dus.



Idem  
Mol-  
liter.

RE FA ij mæstus amat Hypodorius &c.

### III.



Austerus Phrygius au sterus Phrygi-



us: MI FA uule: terti usie

ster,





ste, tertius i


ste, tertius i-



ste, i

ste.

IIII. IIII I IIII a




MI LA blādisonat Hypophryg. Mi La blādiso-




nat Hypophrygius: is ti

bi



quar tus : is tibi quartus quartus.

Molli-  
ter.



MI LA blandisonat Hypophrygius &c.

G ij


Lydius







*Lydius est asper ij F A F A ij*



*tribuit si bi, tribuit sibi :*



*quin tus: tribuit sibi quintus ij*



*tribuit sibi quintus.*



*F A L A lenis habet, lenis ha bet*



*Hypoly dine Hypo lydius:*






lydius: utpote sex tus, ut



pote sex tus, sex tus.

VII.



Septimus indignans, indignans ij.



Septimus indig nans, VT SOL Mixlydi-



us, VT SOL Mix ly di-



us edit, e dit. Septi-



Idem  
Mol-  
liter.

Septimus indignans indignans & c.

VIII

VT FA dat placans y

dat placans

Hy pomix: octa.

uus habendus, habendus.

IX.

RE LA suauiter Ae olius, suauiter  
Aeolius





Ae olius ca nit cao



nit: ille nouenus ij il le noue-



nus ij noue nus.

Sub scala molli.



RELA suauiter Ae o li us etc.



Tri stis Hypæo lins, Hypæoli



us REFA notat: hicti bi  
G iij dentas








deus, Re Fa nosat : hic tibi de



nus, de nus.

XI Demissus per Octavam.



Ut SOL unde-



cimus, in cum-



cus Ionicus ef fert, la



onicus ef fert, ef fert.

Molliter.




Molli-  
ter.



VI Sol unde: &c.

# XII.



Flebilis extremus, ij FALA Hyp-



io nicus, Hypio nicus




ij ad dit, ad.



dit.

Molli-  
ter.



Flebilis extremus, ij &c.

EV ALIA







ALIA XII. MODORVM  
selectiora exempla, ex germa-  
nicis cantionibus Ecclesiasti-  
cis, in usum iuuentutis  
consignata.



MODI I.

1. Wir glauben all an einen Gott.
2. Vater vnser im Himmelreich. Superad-  
ditur Semiditonus, ad exprimendum animi  
ardorem.
3. Christ lag in Todes Banden.
4. Mit fried vnd freud ich fahr dahin.
5. Iesus Christus vnser Heilande / der von  
vns &c.
6. Christ vnser HERR zum Jordan kam.  
Finis in Repercussione est Irregularis. Re-  
gularem autem tum proximè præcedens  
clausula, tum repetitionis sedes repræsen-  
tat.

II. Na



## II.

1. Du komm der Heyden Heylande.
2. Christe der du bist Tag vnd Licht. Vterque tamen imperfectus: deficit enim in quarta.
3. Sic &: Kompt her zu mir spricht GOTTes Sohn.
4. HERR wer wird wohnen in deiner Hütten.
5. Von Gott wil ich nicht las. } uterq; perfectus.

## III.

1. Aus tieffer noth schrey ich zu dir.
2. Hilff Gott wie geht das immer zu.
3. Da Jesus an dem Creuze stunde.
4. Es wolt vns GOTT gnedig sein.
5. Mensch wiltu leben seliglich.

Posteriores duo Mixti sunt, sine (ut Græcè expressiùs dicitur) πλαγιοσώτακ-  
τοι.

## IIII.

1. Erbarm dich mein o HERRe Gott.
  2. Witten wir im leben sind.
- Alter ad c. alter insuper ad d. ascendit:  
iuxta Notionem II. de Ambitu, cap. 8.

## V. &amp; VI.

Quintus



Quintus & Sextus Germanicis Ex-  
emplis carent. Ad utrumq; tamen referri  
poterit latina cantio: *Nunc Angelorum  
gloria &c.*

VII.

Es ist das Heyl vns komen her.

VIII.

1. Frölich wollen wir Halleluia singen.
2. Gelobet seystu Ihesu Christ.
3. Gott sey gelobet vnd gebenedeyet.
4. Kom heiltiger Geist/ erfülle die hertzen.

IX.

1. Ich danck dem Herrn von ganzē hertzen.
2. Ich ruff zu dir Herr Ihesu Christ. Si  
quis tamen hunc Doro ascribere mauult,  
non repugno.

X.

1. Mag ich vnglück nicht widerstan.
2. Allein zu dir Herr Ihesu Christ.
3. Vater vnser der du bist/ Kyrielyson.
4. Wo Gott der Herr nicht bey vns helet.  
Deficit in quarta.
5. Vergebens ist all mühe vnd kost. Excedit  
quintam per Semiditonom; ad Mixtos igitur  
siue Αὐθεντοσωτικῆς referendus.

1. Bon



XI.

1. Von Himmel hoch da kom ich her.
2. Ein feste burck ist vnser Gott.
3. Gott der Vater wohn vns bey.
4. Wo Gott zum Haus nicht gibt sein einst.
5. Jesaja dem Propheten das geschach.
6. Ein neues Lied wir heben an. Terminatur irregulariter, in Repercussione scilicet. Sedes autem regularis in præcedenti clausula, & in repetitione designatur.
7. Eiusdem formæ est: Wol dem / der in Gottes furcht stellet.


XII.

1. Nu freuet euch lieben Christen gemein.
2. Der tag der ist so freudenreich.
3. Nu bitten wir den heiligen Geist.
4. Es spricht der vnweisen mund wol.
5. Herr Christ der einig Gottes Sohn.
6. O Herre Gott / dein Götlich wort.
7. Ich danck dir lieber Herre.
8. Auß tieffer noth schrey ich. Melodiâ in templis usitatâ.
9. Als der gütige Gott. Est planè Mixtus, uereq̃ & ueritatocant.

Finis libri secundi.

VTILIS





Vtilis Tractatulus,  
de quibusdam circa composi-  
tas cantilenas scitu necessarijs: ex Poë-  
tica desumptus, & in cantantium usum  
& gratiam huc rela-  
tus.



CAP. I. De Cantu composito.

**C**ANTUS est aut Nudus seu unius  
uocis: aut compositus siue plurium:  
Græcè ἀρμονικός vel πολύφωνος.

*Compositus cantus triplex est:*

1. *Contrapuncti simplicis*, quando  
Nota plana contra planam, uel æqualis cō-  
tra æqualem, quasi in acie collocatur.
2. *Contrapuncti Fracti seu Floridi*,  
quando



quando Notæ planæ unius Vocis, figuratis Notis in cæteris uocibus ornantur.

3. *Contrapuncti Colorati*, quando omnes Voces ex diuersis Notis constituuntur.

Exempla ascribent Præceptores.



## CAP. II. De Vocibus siue Partibus Cantus compositi.

**V**OCes siue partes compositi cantus præcipuæ quatuor: Discantus, Altus, Tenor, Bassus.

*Istæ cur sic nominentur, explanant uersiculi:*

Discantus dicor: pueros me discere fas est.  
Altus ego: reliquis quod me iuuet altiùs ire.  
Dum teneo mediam uocem, Tenor est mihi nomen.

Appellor Bassus, baseos quia munere fungor.

Bassus



Bassus, etiam BASIS appellatur: &  
Discantus, CANTVS.

Hæ quatuor Voces ut in Contrapuncto  
seu compositione cantuum, plenam con-  
stituunt harmoniam, ita propria & legi-  
tima loca habent: cum reliquæ voces, quæ  
his superadduntur, incertis sedibus uagen-  
tur, & clausulas atq; consonantia ab alijs  
mutuentur.



### CAP. III. De Fugis.

**F**Vga est duarum uel plurium uo-  
cum repetitio, cātilenas mirū in mo-  
dum suaves reddens, iuxta uersicu-  
lum:

*Inserere sæpè Fugas & erit subtile Poëma.*

Exemplum habes in primo libro, in  
cantione: *Vater vnser im Hymelreich.*

Interdum duæ uel plures uoces, uni-  
sonæ uel interuallis distinctæ, tantum ex  
una Cantilena canuntur, quæ idcirco  
*integra uel potius Mera Fuga* dici por-  
terit.

Tales



Tales Fugas in hisce nostris Musicis quā plurimas reperias.



### CAP. III. DE CON. sonantijs & Dissonantijs.

**C**onsonantia est acutorū grauiumq;  
sonorum artificiosa mixtura, con-  
centum suauem efficiens.

Consonantiæ quatuor : Tertia,  
Quinta, Sexta & octaua, quæ à quibus-  
dam Consonantiarum Regina appellatur:  
licet propriè non sit consonantia, sed po-  
tius repetitio seu duplicatio soni.

Ex his Quinta & Octaua, quòd sta-  
bilem locum in contrapuncto sortiantur,  
Perfectæ : Tertia & Sexta, quòd mi-  
nùs stabilem possideant, Imperfectæ di-  
cuntur.

Imperfectarum duæ uel plures eiusdem  
speciei, mutuò sese tam κατ' ἀρσιν quàm κα-  
τὰ θέσιν cōsequuntur : Perfectis neutiquam  
conceditur.

G. Disso.



Dissonantie tres: Secunda, Quarta & Septima.

Quarta tamen inter consonantias recipitur, si uel Quintam uel Tertiam infra se habeat. Et quidem sine Quarta, quatuor Vocum harmonia constitui nequit.

De octauis tum Consonantiarum tum Dissonantiarum, idem esto iudicium.

### Consonantiarum Typus.

7            8            3            6    4 & 5    4 & 3.

Perfecta.            Imperfecta.            Quarta.

### CAP. V. De Clausulis.

Clausula est Cantilenæ particula, uoces in perfectis Consonantijs coniungens, quietis & perfectionis causa.

Quod



Quod enim in Oratione Periodus est,  
id in cantionibus est clausula.

*Formatur tribus præcipuè Notis,  
antepenultima, penultima & ultima.*


Porro principales cuiusq; MODI clau-  
sulæ, in Quintis, Quartis & in ipsis Reper-  
cussionibus potissimùm formantur, ut su-  
pra posita exempla ostendunt.

Finis huius tractatuli.



G 4 DE



  
**DE CANENDI ELE**  
gantia, observationes : coronis  
dis uice adlectæ.

I.

**Q**VO magis intenditur Cantio, eò sub-  
missiore ac dulciore uoce canatur :  
quò magis descendit, eò pleniore : ut ita  
concentus æquabiliter in aures influat, &  
integra atq; constans harmonia, sine remis-  
sione uocis ( quæ tum in choralis tum Men-  
surali cantu absurda est ) ad finem duret.

II.

Si in initio cantus, uel in medio post Pau-  
sas elegans Fuga occurrat, eam uoce cla-  
riore canentes proferant.

III

Non pleno ore canere assuescant, sed  
uocem ita moderentur, ut quiddam argu-  
tum dulci sono, tanquam puellæ suauiter  
canentes, proferant.

Notas



IIII.

Notas celeriores aut coloraturas, ut uocant, labiorum uel linguæ motu non impellant, sed pulmone & gutture proferant, & intra fauces conforment, ut distinctè audiuntur.

V.

Textus commodè applicetur, cùm ubiq; tum in Fugis: ubi opera danda, ut hæc mutuò sibi respondeant.

VI.

In exprimendis uocalibus magna adhibeatur cura, ne o pro u, uel e pro i, quo plurimi peccant, pronuncietur.

VII.

Vocem quisq; canentium, Verbis conformare studeat, ita ut in re lamentabili tristem, hilari uerò iucundum concentum promat, & auditorum animos suauiter afficiat, & ad affectum aliquem traducat.

VIII.

Videndum comprimis est, ut oculi atq; mens ad duos sonos MI & FA, tanquam ad scopum rei ferantur, ne alius pro alio promiscuè usurpetur, Nam ab his duobus sonis tota pendet Musica.

G. 5

Nullam



IX.

Nullam peregrinā clausulam inferas cantui, coloraturis adhibitis, nisi rem probē teneas: & cum finis cantioni impositus est, nemo de suo aliquid affingat. Harmonia enim quantò integrior, tantò melior.

X.

Cantione absoluta, reliquæ Voces omnes pariter consulescant. Bassus autem si longiusculè protrahatur, maius cantui ornamentum conciliat.

XI.

Mensuræ seruanda est æqualitas, ne harmonia deformetur uel perturbetur: Sed tamen pro ratione textus, tardiore tactu interdum uti, maiorem maiestatem & gratiam habet, & cantum mirificè exornat.

Finis Isagoges Musicae.

**E V C H A R I S T I C O N**  
ad Christum.

*Notitiamq; tui donas rerumq; bonarum:  
Sit tibi pro donis gratia Christe tuis.*

M. C. S.

**I N D E X**



# INDEX CAPITVM.

## LIBRI PRIMI.

- I. Quid Musica, & quot partes.
- II. De Cantu.
- III. De characteribus, & primùm de Notis.
- IIII. De Pausis.
- V. De Signis.
- VI. De Clauibus.
- VII. De diuisione Clauium, & de Signatarum usu.
- VIII. De Solmisandi artificio.

## LIBRI SECYNDI.

- I. Quid Interuallum, quot, & quotuaplicia.
- II. De usitatis Intervallis.
- III. De Prohibitis Intervallis.
- IIII. De differentia Specierum Diapason, & earundem duplici diuisione.
- V. Quid Modus: deq; Modorum diuisione, numero ac Nominibus.
- VI. De Modorum natura ac proprietate.
- VII. De Modorum fine, deq; ratione cognoscendi Modos.

VIII. De



VIII. De Modorum Repercussionibus, &  
de Ambitu.

IX. De Modorum siue cantuum transpo-  
sitione.

X. De Modorum Tropis.

## TRACTATUS VI

Poetici.

I. De Cantu composito.

II. De Vocibus sine Partibus Cantus  
compositi.

III. De Fugis.

IIII. De Consonantibus & dissonantibus.

V. De Clausulis.

DE CANENDI ELE-  
gantia, observationes un-  
decim.

τῶ θεῶ νόξα

## ERPHORDIAE

Typis Georgij Baumanni.





175

#

gan

ca





opus auctoritas Magistra

Cremer actus 4. Scena 3. actuum 3.

Cremer in formione

actus 4. Scena 5.

Cremer autem

Cremer

A. D. M. 1522

Nicolaus Stock

Anno 1522

Nicolaus Stock

quod dicitur caliditate pectoris

in hunc

quod reddis visum lumina

rocanfi dicitur  
ma me nance

lumina christe et opem ipsi fers qd

fitam benignam rogat: quod niam

nostra mentes pectora premiuntur

caligine, discute eam ut te Deum


agnoscant et calebrent






X 219 7145  
SHV 617

17  
am  
10



  
*EX BIBLIOTH.*  
*NATIONIS HUNGAR.*  
*VITEBERG.*  
*II IV A 103.* — —  
*SIGNAT. clvcccccxciii.*











ISAGOGES MUSICÆ  
LIBRI DVO,

Tam Theoricæ quàm Practicæ studiosis inferuire iussi.

Annexo ad finem tractatulo, ex Poëtis  
ca desumpto : paucisq; de canendi eleganti  
tia obseruationibus.

*Methodo facili & perspicua ita conscri  
pti, ut neq; necessaria artis Præcepta, cum sele  
tioribus Exemplis omittantur, neq; superuacua  
nea discipulis obtrudantur.*

Autore M. Cyriaco Snegalsio.

Ad Iuuentutem scholasticam ΟΚΤΑΣΙΧΟΝ.

*Non usu tantum, Pubes studiosa, sed arte  
Ut cantes, istos uolue, reuolue libros.*

*Bestia, non Cantor, qui non canit arte sed usu:  
Bestia tu dici respuis? arte cane.*

*Est artis, credas, artis fundamina nosse,  
Qualia perspicue Pagina nostra dabit.*

*Apta tuis studijs Methodus succincta uidetur  
Et facilis: hac nos, te docuisse, iuuat.*

M. D. X C I.

